



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Santos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 2. Quæ sunt illius dispositiones?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacram. Confirm. Cap. III. 119*

moneant, quoniam etiam Concilii Vormatiensis  
Canonc sancitum est, ut quicumque intra Pa-  
rochia sue fines habitant, neque confirmati  
adhuc sunt, illud omnes suscipiant qui etate  
sunt, quia Episcopus eos duxerit esse debere  
qui ad hoc Sacramentum tunc accedant. Ela-  
borent præterea idem, ut qui adulta etate  
confirmandi sunt, primò de peccatis confe-  
teantur; tunc etiam admoneant ut jejuni il-  
lud suscipiant cum manè ministratur.

Reliqui etiam diligenti cohortatione denun-  
tient, quæ ad hoc Sacramentum rectè sancte-  
que suscipiendum pertinent.

Quæst. 2. Quænam sunt dispositiones neces-  
sariæ ad validè suscipiendam Confirmatio-  
nem?

Resp. Constat, Confirmationem non posse  
validè administrari, nisi baptizatis, ut enim  
ait Divus Thomas; Dicendum quod charac- D. Tho. 3. p.  
ter Confirmationis ex necessitate presupponit q. 71. art. 64  
characterem Baptismalem: ita scilicet, quod in corp.  
si aliquis non baptizatus confirmaretur, ni-  
bil reciperet; sed oportet iteratio ipsum con-  
firmari post Baptismum. Cujus ratio est, quia  
sic se habet Confirmation ad Baptismum, sicut  
augmentum ad generationem. Manifestum est  
autem, quod nullus potest promoveri in etate  
perfectam, nisi primò fuerit natus, &  
similiter nisi primò aliquis fuerit baptizatus,  
non potest Sacramentum Confirmationis ac-  
cipere.

Quæst. 3. Quænam etate suscipiendum est  
hoc Sacramentum?

Resp. Ex Catechismo Romano: Illud obser- Catechis.  
vandum est, omnibus quidem post Baptismum Concil. Tri-  
Confirmationis Sacramentum posse adminis- denr. p. 1.  
trari; sed minus tamen expedire hoc fieri an- De sacram.  
tequam pueri rationis usum haberint. Quare 15.